

tantummodo manus abest. quasi diceret in nullo est leuius
quia qui per alium facit ipse facere videtur.

Scipione &c Hic ponit exempla extranea: & duo
facit. Primo ponit exempla que sibi videntur nephanda.
Secundo ponit unum exemplum in quo omnia scelera (vt
ipse dicit) comprehenduntur. ibi. Sed quid ergo &c. Dicit
ergo primo. Illud autem facinus quod sequitur. quia exterorum
est. alia dicit extremum sed falsa est: tranquiori affectu
& magis quiete narrabitur. Deinde cum dicit Scipio &c
Propoñit exemplum duorum regis filiorum. quorum historia
hec est. Dum Scipio africanus esset in cartagine noua in
hispania posita: & more gladiatorio siue ludo gladio
rio patris & patris sui memoriam celebraret: duo fratres
regis nup defuncti filii de regno inter se certantes. vt spe
culum illud eorum pugna illustrius fieret: in arena processerunt:
moniti ergo a Scipione. vt mallet verbis quam ferro di
micare. quos eorum regnare debet: cum iam maior natu eius
consilio tempore vellet: minor corporis viribus fretus in ame
tia & auditate pugnam perstitit. inuito quam certamine: per
nacios impietas iudicio fortune morte multata est: quia
maior minorem occidit. Dicit. ysa. li. xiiii. et hinc quod gla
diatorium erat locus in arena. in quo homines gladius se exer
citabant: vt in eo ludo iuuenes versus armorum discerent.
Et idem dicit huguicio.

Mitridaces &c Dicit ergo quod mitridaces multo
sceleratius se habuit: quam iuuenes precedenti: quod de primo
regno non cum fratre: sed cum ipso patre bellum de domina
tione gessit: in quo bello quos contra patrem aut homines vellos
adiutores inuenirent: aut deos inuocare ausus sit pro ad
miracione habere: mirum est enim quia contra naturam: filium
contra patrem certare &c.

Quamquam quid &c Hic continuando ostendit. quod respec
tu nepharii operis (quod hic dicitur scelus) in precedenti exemplo
positum: admirationem non habere dicere. Quamquam ita sit: quod hoc
scilicet scelus mirandum sit vix contra patrem pugnare: quid
tam est. id est. quare vel quid quasi diceret plus: & est plana. hoc
quasi vllis & omnibus generibus inusitatum miremur. potest